



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Quid sit confeßio cap. 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

cere, modo sit vel includat detestatione peccati super omne detestabile, nepe quia tali cōtritioni semper adiuncta est gratia habitualis.

*Quid sit confessio. Caput 6.*

**C**onfessio \* est actus hominis exterior, propriorū peccatorū, cum sui accusacione in foro spirituali & secreto manifestius. Cū pœnitens potest, debet proprio verbo & ore peccata exprimere, vel signo, aut nutu ut mutus, potest etiā per interpretem, si est linguae ignarus, nā talis confessio est licita presente pœnitente. sicut etiā illa quæ ita sit scripto ut pœnitens scribat, & confessarius legat, annuente pœnitente. Nullus tamen ad eam tenetur, sicut neque ad illam per interpretem, quia de se est publica, cū quod scripto mandatur ex se sit permanens. Confessio vero per

nuntium, vel litteras absente pœnitente, illicita, & inualida est.

*De conditionibus validæ confessionis. Cap. 7.*

**S**Exdecim communiter assignari solent confessionis sacramentalis cōditiones, quasrum tamen hec quatuor tantum necessariæ videntur.\* Prima est, ut sit Integra,\* Secunda diligēs,\* Tertia fidelis,\* Quartā obediens. Integritas ex peccatorum numero & grauitate est attendenda, ita singula mortalia precise explicentur eorumque grauitas, quod si pœnitens non recordetur præcisè numeri, addat sub dubio, forte paulò rarius aut frequentius, vel certe tempus designet & consuetudinem peccandi, & eodem pertinet ut qui dubitat an peccatum aliquod sit letale, hoc exprimat, alioquin cōfessio non est integra.